



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

99 Voluptates abominari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

portu virtutis in Oceanum veluti humanæ ver-
ginis præcipitata, vacillat semper, & periclitat-
tur, donec ad eundem portum reuocata fuerint:
est enim solùm virtutum nauis à tempestate sedi-
tionis tuta.

Ad extremum est boni Magistratus officium, ad
Virtutem alios prudenter accendere, & infla-
mare. *Romani* volebant vt sui pueri *Bullam* de col-
lo suspensam gererent, vt illam figuram ante pe-
ctus conspicientes, se tum demum homines furo-
ros cogitarent, si corde præstarent. Dici-
tur *Bulla ἀπὸ τῆς βουλῆς*, à consilio: ideoque
data esse potest pueris gestanda, quòd ea ætas alte-
rius sit regenda consilio. Erant ijdem toga præter-
ta induti, vt purpuræ rubore ad pudorem (ingenui-
tatis) inuitarentur. *Macrob. Saturn. cap. 6, Gell. lib. 1.
cap. 23. Agesilaus Lacedæm. Rex* cuidam sciscitanti,
quænam potissimum pueris essent discenda? *Esop.*
quit, quibus vsuri sint, cùm ad virilem peruenerit
ætatem. Rectè censuit vir prudens, solam virtutem
primùm ac statim à teneris vnguiculis disci opor-
tere, nec vllam æui portionem artibus frivolis
dandam, quæ ad særia vocatis vtiles esse nequeat.
Plut.

SIGNVM XCIX.

VOLVPTATES ABOMINARI.

*Voluptatū
fuga,*

I. Sciscitante quodam ab *Agesilao*, quid *Sparta*
fructus attulissent *Lycurgi* Leges? *Voluptates*,
inquit, contemptum: indicans, non alia magis ex re
nasci Reip. corruptelam, quàm ex delitijs: & ean-
dem Reip. esse saluam, in qua Leges sub optimo
Principe omnes voluptates arcet. *Plut. Poenas Vo-*
lupt.

lupt. vide in Theat. hist. *Thasorum* gēs cū eidem, cū exercitu per eorum agros proficiscenti, honoris gratia, mitteret farinas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & omnis generis alia maximi pretij esculenta & poculenta: præter farinas nihil accepit, reliqua auferri iussit, vt inter helotes & mācipia distribuerētur. Sciscitantibus, cur id faceret? respondit, non decere qui virtutis studio tene-
Aduersus voluptates inuicti pectoris specimen.

rentur, id genus delicias recipere, quod isti iusmo-

di res, quibus inescarentur ingenio seruili nati, oporteret à liberis procul abesse: sapienter ostendens, nihil esse seruilis & abiectius, quàm gula ventrisque voluptatibus obnoxium viuere. *Plur. Cal. lib. 9. cap. 13. antiq. lect. ex Arhineo & AEliaño.*

2. *P. Scipio Africanus*, missus in Hispaniam in solo-

lantissimos Numantinae urbis spiritus superiorum

Ducum culpa nutritos, nunquam fregisset, nisi

Edicto ea omnia, quæ luxuriæ, & voluptatis causa

comparata erant, auferri, penitusque submoueri

iussisset. Quamprimū enim turpis illa & erube-

scenda sentina ex Romanorum castris eiecta fuit,

exercitus, qui paulo ante metu mortis deformi se-

foederis ictu maculauerat, erecta virtute animo-

sam Numantiam incendijs exustam solo æquauit.

Val. Max. lib. 2. de Mil. discipl. Orosius lib. 5. cap. 6.

Eutrop. lib. 4. cap. 7. Flor. lib. 2. cap. 18.

3. *Tacitus* vir Consularis, senex & grauis factus

est Romanus Imperator omnium assensu, vir tem-

perans, sobrius, & librorū lectioni intentissimus,

Frugales mensulas holuscis & leguminibus Py-

thagoricis instructas, multo laetiores esse dice-

bat, quàm Milesiorum sumptuosa fastidia. *Guido*

Bituricensis.

SIG-